



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646.  
zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen  
Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs  
Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt  
worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90103122**

N.III. Project Instrumenti Pacis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52163)

1646. das Stift Halberstadt; item die zum Bisthum Straßburg gehörige Bestung Ben- 1646.  
 Majus. seiden und andere Plätze, ihren vorigen rechtmäßigen Kayser, König, Churfürsten,  
 Fürsten, Bischöffen, Prälaten, Grafen, Herren, Edlen, Städten und sonst mán-  
 niglichen, nach Ausweisung des General-Frieden-Schlusses, wieder eingerümet und  
 abgetreten werden.

Alles und jedes, was beygesetzet, biß zu völligem Schluß, unverfänglich.

## N. III.

Project des Instrumenti Pacis, wie es von Kayserlicher Seite den  
 Schweden ist exhibiret worden.

In nomine Sacrosanctæ & Individuæ Trinitatis Amen.

N. III.  
 Kayserliches  
 Project In-  
 strumentipaci  
 an die  
 Schweden.

Notum sit omnibus & singulis præsentis litteras lecturis, aut legi au-  
 dituris, quod cum ob natum in S. Rom. Imperio Germanicæ Nationis ali-  
 quot ab hinc annis Civile & Internum bellum, cui deinde utrinque Exte-  
 ri quoque Reges ac Principes accesserunt, non solum totam Germaniam,  
 verum etiam alias Europæ Provincias Christiani nominis, maximis calami-  
 tatibus affici contigerit, atque inter Augustissimum quondam Romanorum Im-  
 peratorem Dominum FERDINANDUM II. Germaniæ, Hungariæ (tit.)  
 inclytæ memoriæ Ejusque Confæderatos, Socios & Assistentes ex una, &  
 Serenissimum quondam Principem Dominum GUSTAVUM ADOL-  
 PHUM, Suecorum (tit.) Regem, felicitatis recordationis, Ejusque Federatos  
 & Adhærentes ex altera partibus, fati diu armis decertatum plurimumque  
 sanguinis Christiani effusum, & bellum hoc in Eorundem Successores Au-  
 gustissimum scilicet modernum Imperatorem Dominum FERDINANDUM  
 III. Ejusque Confæderatos & Assistentes, Serenissimamque modernam Sue-  
 corum Reginam Dominam CHRISTINAM &c. Ejusque Confæderatos  
 & Adhærentes devolutum, ac in hodiernum usque diem continuatum sit:  
 tandem divina factum esse bonitate, corda Regum movente, ut de Pace  
 Universali, in Christianos Principes reducenda, seria suscepta fuerit cogita-  
 tio, atque ea de causa, Conventionem Hamburgi, partium intervenientium  
 consensu, die 33 Decembris Anno 1641. innotuit, instituta in Civitatibus  
 Osnabrugi, & Monasterii Westphaliæ publico Congressu, tum Augustis-  
 simus Imperator tum Serenissima Regina ac Corona Sueciæ, ob tam utile ac  
 salutare Pacis opus tractandum, perficiendum, concludendum & confirman-  
 dum, suos utrinque delegaverint, & statuto tempore ac loco voluerint, Lega-  
 tos Plenipotentiariorum, a parte quidem Augustissimi Imperatoris Illustrissimos  
 & Excellentissimos N. N. ex parte vero Serenissimæ Regiæ Sueciæ Illu-  
 strissimos & Excellentissimos N. N. omnes & singulos legitimis & justis Manda-  
 tis & Plenipotentiariorum instructos, quorum copia sub finem huius Instrumenti  
 de verbo ad verbum inserta & annexa reperiuntur. Ab his igitur utriusque  
 Partis Legatis Plenipotentiariorum, virtute Mandatorum sibi invicem exhibitio-  
 rum & recognitorum, præsentibus quoque & ob hoc per Imperatorem legi-  
 time convocatis Sacri Romani Imperii Dominis Electoribus, Principibus, ac  
 reliquis Statibus ac Ordinibus, ad Divini nominis gloriam, ac Reipublicæ uti-  
 litatem, salutem, Pax & amicitia conditionibus & Articulis infra positis tracta-  
 ta, composita & conclusa est.

I. Pax sit Christiana, Universalis, perpetua, veraque ac sincera amicitia  
 inter Sacram Cæsaream Majestatem ac Sacrum Romanum Imperium, om-  
 nes ejusdem Electores, Principes ac Status, Regem Hispaniarum Catho-  
 licum & Domum Austriacam & omnes ipsorum Confæderatos, Socios &  
 Assistentes, nec non Reges Regnaque Sueciæ & Galliæ, omnes ipsorum  
 Federatos & Adhærentes, Eorumque respective Successores & Hæredes,  
 eaque adeo sincere serioque impofterum fervetur ac colatur, ut utraque Pars  
 alterius utilitatem, honorem ac commodum promoveat, omnique ex parte  
 &



1646. & Coronarum cum univerſo Romano Imperio, & vicifim Romani Imperii 1646.  
 Majus. cum Regnis Sueciæ & Galliæ, fida vicinitas & ſecura ſtudiorum pacis atque  
 amicitia cultura revireſcat, reſloreſcat. Majus.

II. Sit utrinque perpetua oblivio & Amniftia omnium eorum, quæ ab Anno 1630. ſive a tempore primorum motuum hujus belli Suecici, quocun- que modo ac loco facta ſunt, ita ut nec eorum nec ullius alterius rei cauſa, vel prætextu alter alteri poſt hæc quicquam hoſtilitatis & inimicitia, moleſtia vel impedimenti, quoad perſonas, ſtatum aut ſecuritatem, per ſe vel per alios, clam aut palam, directo vel indirec- te, ſpecie juris aut via facti, in Imperio aut uſpam extra illud (non obſtantibus ullis prioribus Pactis in contrarium facientibus) inferat aut inferri patiat, ſed omnes & ſingulæ hinc inde toto hoc bello admiffæ & illatæ injuriæ, violentiæ, hoſtilitates, & quicquid eo nomi- ne alter adverſus alterum prætere- dere potuiſſet, perpetua oblivione ſepulta ſunto.

III. Juxta Univerſalem in Comitiis Ratiſbonenſibus Anno 1641. conclu- ſam ac cum pleno effectu durantibus hiſce Tractatibus publicatam Amnifti- am, univerſi ac ſinguli Status, tam Mediate quam Immediate Imperio ſub- jecti, qui cum Regibus Sueciæ Galliæque quacun- que neceſſitudine in hoc bello hætenus juncti fuerunt Principes, Comites, Barones, Libera Imperii Nobilitas ac Civitates, tam quoad ditiones & bona, quam quoad dignitates, libertates, & jura reſtituti ſunto plenarie in eum ſtatum, in quo ante hoc bel- lum inter Imperium Romanum & Coronam Sueciæ exortum fuere, ſcilicet quoad Eccleſiaſtica Anno Domini 1627. die 12. Novembris ſtyl. novo, quo- ad Politica vero & Secularia Anno 1630. ita etiam vicifim & reciproce Cæſa- reæ Majeſtati Ejusque Domui Auſtriacæ, cæterisque Imperii Statibus & Ordinibus ea omnia reſtituantur, quæ juxta diſpoſitionem Pacis Pragenſis, eiſdem reſtitui conventum eſt, non obſtantibus ſed annullatis quibuſcun- que interim per Proſcriptiones, Conſiſcationes, Res Judicatas, generales aut par- ticulares Transactiones, aliove quocun- que modo factis in contrarium muta- tionibus, præterquam de quibus dicto proximo Imperii Receſſu de Anno 1641. aliter ſtatutum fuit, reſervatis etiam Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ ſuis in Ducatu Wirtembergeni hætenus poſſeſſis, feudo Blaubeurio ob ſi- nitam in perſona Illuſtriſſimi quondam LUDOVICI 1595. generationem ad dictam Domum devoluto, item utraque Dynaſtia Hohenſtauffen, & Achalm, iisdem Ducibus antehac oppignoratis, ceſſa & remiſſa Reluicionis pecuniâ.

IV. Omnes & ſinguli tam bellici Officiales Militesque quam Conſiliarii & Miniſtri Togati, Eccleſiaſtici & Civiles, quocun- que nomine aut conditio- ne cenſentur, qui uni alterive Parti, earundemque Fœderatis & Adhæren- tibus toga vel ſago militârunt, a ſummo ad infimum, ab infimo ad ſummum, abſque ullo diſcrimine vel exceptione, cum uxoribus, liberis, hæredibus, ſucceſſoribus, & ſervitoribus, quoad perſonas & bona, in eum vita, famæ, honoris, conſcientiæ, libertatis, jurium ac privilegiorum ſtatum, quo ante dictos motus gaviſi ſunt, aut jure gaudere potuerunt, utrinque reſtituti ſunto, nec eorum perſonis aut bonis ullum creator præjudicium, ullave actio vel accuſatio intentator, multo minus ulla pœna damnumve quocun- que præ- textu irrogator.

V. Si nova in Imperio Leges ferendæ, veteresve interpretandæ fuerint, ſi Bellum bellicive apparatus, ſi Pax aut Fœdera faciendæ, ſi publica Ordinibus Tributa imponendæ, nihil horum aut quicquam ſimile poſthac unquam fiat vel admittatur, niſi cum Comitali liberoque Imperii Ordinum Suffragio & conſenſu, ſalvis tamen iis, quæ ad Imperatorem & Collegium Electorale ſolum



1646.  
April.

folum pertinent, & falvis eorundem Juribus & Præeminentiis, omniaque intelligendo juxta Leges Fundamentales Imperii, laudabiles Confuetudines & Obſervantias, five morem ab antiquo receptum. Quod ſi etiam aliquis Status dignitate bonisque exuendus videatur, contra illum aliter non proceditor, quam ſecundum Imperii Conſtitutiones & Capitulationes Cæſareanas.

1646.  
April.

VI. Sicut etiam dictis Statibus omnia ipsis de jure competentia Regalia perpetuo illibata manebunt, ita Jus faciendi cum exteris Fœdera, pro ſua cujusque conſervatione & ſecuritate, ſingulis perpetuo liberum eſto, modo tamen ea Fœdera non ſint contra Imperatorem & Imperium & Pacem ejuſdem Publicam, ſiantque ſalvo per omnia juramento, quo quis Imperatori & Imperio obſtrictus eſt, prævia item cauſæ cognitione in publicis Imperii Comitibus, coram Imperatore ac Statibus proponenda.

VII. Reſtitutorum in ſua quiſque Status juriumque poſſeſſione ita firmator ac ſtabilitor, ut nullius impoſterum factio inde deſici poſſit vel debeat. Quod ſi vero quem jure conveniri vel experiri neceſſe fuerit, ejuſmodi in eatur juſtitia ratio per omnia, ut ea impoſterum abſque omni perſonarum rerumve reſpectu, unicuique juxta Fundamentales Imperii Leges & Conſtitutiones, præcipue Pacem Religionis, æquabiliter adminiſtretur. Poterunt vero & ii Status, qui ſe Reformatos vocant, illius & hujus Pacis beneficio, ſi ipſi velint, uti, frui.

VIII. Et cum negotium Palatinum peculiari Tractatu inter partes Intererentes, in hac Diata compoſitum ſit, placuit id etiam huic Inſtrumento inferi. Conventum itaque eſt, quod N. Comes Palatinus poſt debitam ſubmiſſionem coram Sacra Cæſarea Majeſtate a banno Imperiali abſolvatur, & in Palatinatum Inferiorem & jura eo ſpectantia, cum hac imprimis peculiari Exceptione, quod Exercitium Religionis Catholice, cum juribus & redditibus, ſicuti nunc eſt, permanere, & in eo nihil immutari debeat, reſtitueretur. Quem deinde ſic reſtitutum Imperator de illo Principatu legitime inveſtiet; verum dignitas Electoralis cum omnibus ſuis Regalibus, Officiis, Præcedentiis, Inſignis, & Juribus quibuſcunque, manebit penes Sereniſſimum Bavariæ Electorem, totamque Lineam Guilhelmianam in perpetuum, quemadmodum Sua Serenitas eundem haſtenus tenuit, exercuit & poſſedit, nullo proſus excepto. Admitteretur nihilominus tamen dictus Princeps N. Comes Palatinus ad eandem dignitatem Electoralem, ſed octavo & ultimo loco, & ita quidem, ut nihil juris ſibi ad ea, quæ hoc nomine Electori Bavariæ attributa ſunt, arrogare debeat.

IX. Prætera Sacra Cæſarea Majeſtas effective liberabitur onere evictionis, dictoque Domino Electori Bavariæ permanebit in ſolutum pro debito tredecim millionum totus Palatinatus Superior, omnibus appertinentiis, abſque ulla detractioe aut diminutione, in perpetuum & irrevocabiliter.

X. Denique cum juſtis de cauſis Strata Montana, die Bergſtraſſe, Eccleſiæ Electorali Moguntinæ reſtituta, Imperialis item Præfectura Germersheimenſis cum ſuis pertinentiis Sereniſſimo quondam Archiduci Auftriæ LEOPOLDO pientiſſimæ memoriæ, ceſſa ſit, nonnulla in quondam Illuſtriſſimi Principis Haſſiæ LUDOVICI ditionem tranſierint; manebunt ea terræ ab hac reſtitutione exemptæ, prout & Pagus Neveſheim, cum ſuis pertinentiis, alias ad Palatinatum non ſpectans, Viduæ & hæredibus Illuſtris quondam Comitibus Joannis Schönburck, ſicut & pagus Gaalsheim, cum locis ipſi oppignoratis penes Illuſtrem Baronem de BROEMSER a RUDELSHEIM, tanquam feudum iſtius familiæ avitum, & denique omnes aliæ Diſpoſitiones Cæſaris per univerſum Palatinatum firmæ & immutabiles.

XI.



1646.  
Majus.

XI. Cum etiam ad majorem Imperii tranquillitatem stabilendam de controversiis circa Bona Ecclesiastica, & Libertatem Exercitii Religionis, Statusque Politici Reformationem, his ipsis de Pace Universali Congressibus certa quædam Compositio inter Cæsarem, Electores, Principes ac Status Imperii inita, & in publicum Instrumentum redacta fuerit, placuit eandem compositionem ex hac ipsa inter Cæsarem & Imperium Reginamque Sueciæ facta Conventione plenius robur accipere, eo plane modo, ac si de verbo ad verbum huic inserta legeretur Instrumento.

XII. Sit plena libertas Commerciorum & transitus ubique locorum per urbes, pagos, pontes, portus, in Germania & Suecia, terra marique, perque fluvios & flumina, prout ante præsentis motus bellicos in usu fuit, & tam Sacri Romani Imperii Regnorumque ac ditionum hæreditariarum Cæsaris, quam etiam Reginæ Regniue Sueciæ & Confederatorum vassallis, subditis, clientibus, incolis, utrinque commeandi, commercandi, transeundi, commorandi, eundi, redeundique libera prorsus facultas & potestas data & concessa sit, atque virtute præsentium intelligatur: quos etiam utrinque contra immicitias, oppressiones & violentias, quoties opus fuerit, instar priorum subditorum defendere & protegere teneantur, sublati minimeque dehinc attentandis ubique locorum, præsertim in Mari Baltico, eidemque adjacentibus quibuscunque fluminibus, portibus ostiisque maris, ut & in Albi & Visurgi, omnibus & singulis inusitatis & sine legitima autoritate, præsentium turbarum occasione quomodolibet introductis vel auctis Vectigalibus, Teloniis, exactionibus & impositionibus quibuscunque, aliisve detentionibus vel impedimentis, nec in prædicta loca cum primis vero Albim vel Visurgim ullæ naves militares invehantur, aut in ripis, Insulis ipsive fluminibus Fortalitia, quibus navigationis ac Commerciorum usus gravior reddi, aut vicinis incommodari possit, exstruantur: belli vero tempore exstructa & innovata penitus amoveantur, ac prædictorum locorum, portuum, fluminum, omnium ac singulorum pristina libertas, securitas, jurisdictio & usus, prout ante motus hosce bellicos, a pluribus retro annis fuit, restituantur, ac inviolabiliter conserventur: in Albi etiam, ejusve ripis aut Insulis a Civitate Hamburgensi usque ad Oceanum, nulla vectigalia aut aliæ exactiones, præterquam ab antiquo consueta ulli solvantur, concedantur, aut tolerantur.

XIII. Circa punctum Satisfactionis, cum præter spem res ad mitiores terminos deduci non potuerit, quin Domini Plenipotentarii Suecici, in eo immoti perstiterint, quod Coronæ Sueciæ cedi debeat Ducatus Pomeraniæ, Wismaria, & uterque Archi- & Episcopatus Bremensis ac Verdensis; declarant se Plenipotentarii Cæsarei pro parte Suae Majestatis Cæsareæ, & quantum illa de iis disponere habet, salvo Electorum, Principum ac Statuum Imperii, præsertim illorum, quorum potissimum interest, assensu & Ratificatione, item omnia intelligendo per modum conditionis sine qua non, nisi illa præstentur, de quibus in proxima Conferentia sexto hujus actum, & quæ in hoc Instrumento Pacis maxima ex parte expressa sunt, quod Ducatus Pomeraniæ cum omnibus suis Juribus, Regalibus & appertinentiis, eo prorsus modo cum onere & honore, quo eundem antehac Illustrissimi Pomeraniæ Duces possederunt, dictæ Reginæ Sueciæ, Ejusdemque Hæredibus masculis naturalibus & legitimis ex corpore suo descendentes, aut si ex ea tales hæredes non extiterint, proximo post dictam Reginam Successori Regi Sueciæ, Ejusdemque Hæredibus masculis naturalibus & legitimis ex corpore descendentes, a Sacra Cæsarea Majestate, Sui ac Sacri Romani Imperii nomine, in feudum Ducatus conferri debeat, quem Ducatum Regina, aut dicti Ejusdem Hæredes aut Successores in feudum a Sacra Cæsarea Majestate ac Sacro Romano Imperio recognoscant, atque eo nomine eidem fide-



1646. litatem ac consueta servitia, prout & Collectas Imperio, quoties publicis Im- 1646.  
Majus. perii Comitibus indicta fuerint, juxta Matriculam Imperialem præstabunt. Majus.

XIV. Investietur quoque simultanee de eodem Feudo Ducatus Pomeraniae, Serenissimus Elector Brandenburgicus cæterique Ejusdem Electoralis Domus ad hujus Feudi successione[m] ex Pacto Gentilitio interessati Principes, prout ab antiquo, prioribus Pomeraniae Ducibus adhuc existentibus, fieri consuevit & literæ Investiturarum edocent, titulumque & arma sive insignia de hisce ditionibus interrupte gestabunt, ad quos etiam finita generatione masculina Reginae & aliorum in hoc Concessione admissorum Successorum, Regum Sueciae, dictus Ducatus indubitate devolvetur, nec iisdem in casum aperturæ ulla contradictio aut impedimentum, sub prætextu meliorationum ac factarum impensarum, aut alterius cujuscunque rei causa, creabitur.

XV. Tenebuntur Regina Sueciae Ejusdemque Hæredes & Successores ad hujus feudi successione[m] admisi, Status Patriæ Pomeraniae in specie Civitatem Stralsundinam, Stetinum, Colbergam, Grifswaldum, reliquasque Civitates, in sua libertate & possessione vel quasi Jurium, Privilegiorum, Compactorum, Consuetudinum, ordinariarum Instantiarum & Appellationum, prout tempore priorum Ducum Pomeraniae fuerunt, Pacis item Religionis & Constitutionum Imperii, quantum illæ eos concernunt, relinquere, & ne utique in iis turbare occasioneque hujus belli inducta Præfidia abducere; et si qui etiam in dicto Ducatu durante hoc bello Suecico, propter servitia Cæsari aut ejus Confederatis & Assistentibus præstita, suis bonis privati sint, vi Amnistiae Generalis Ratisbonæ Anno 1641. publicatae, plenarie restituantur, nec ejusmodi servitia illis unquam fraudi sunt.

XVI. Item Regina Sueciae Ejusdemque dicti Hæredes & Successores servabunt intuitu hujus Provinciae aliarumque ditionum ac locorum, per hanc Pacificationem concessorum, cum vicinis Regibus, Electoribus, Principibus, Civitatibus, tam Mediatis quam Immediatis, aliisque Imperii subditis, fidam amicitiam & concordiam, ne Sacra Cæsarea Majestas & Sacrum Romanum Imperium eorum causa inviti, & nullo præcedente consensu cum istis Regibus committantur, aut in bellum implicantur, nec gravabunt vicinos vel Civitates invectione navium militarium in Mare Balticum vel Oceanum Germanicum, iisdemque adjecta flumina, portus vel ostia Maris, neque incommodabunt Commercia, minus vero pro iisdem de loco in locum divertendis abalienandisque ullam rationem directe inibunt, sed relinquent eorundem liberum usum, prout ante 50. 60. & plures annos fuit.

XVII. Quod si Regina Sueciae aut dicti Ejusdem Hæredes aut Successores instituerint conscriptiones aut dilectus militum in hac Provincia pro suis terris, quas extra Imperium possident, conformabunt sese Constitutionibus Imperii, & id facient cum præscitu Cæsaris & Ducis Circularis, præstita idonea cautione; si vero ii dilectus pro necessaria defensione dictæ Provinciae Pomeraniae habeantur, observabunt quoque in eo, tanquam Status Imperii, id, quod in Constitutionibus Imperii est præscriptum.

XVIII. Sic quoque amoris Pacis datum est, ut Eadem Serenissima Regina & Ipsi Hæredes masculi Successores ad successione[m] Ducatus Pomeraniae juxta dictam Concessione[m] qualificati, utrumque Archi- & Episcopatum, Bremensem & Verdensem, quantum temporalia concernit, & Cæsar de iis disponere potest, cum onere & honore possidere possint & debeant, quamdiu dictum feudum Pomeraniae apud eosdem manebit, eo vero aperto, uterque Archi- & Episcopatus ad Sacram Cæsaream Majestatem tunc Regentem ac Sacrum Romanum Imperium, nulla impediante causa aut exceptione, redibunt.

XIX.



1646.  
Majus.

XIX. Nulla vero durantibus annis possessionis Sueciæ præsumetur in Ecclesiastico aut Politico statu immutatio, sed uterque Archi- & Episcopatus juxta suam primævam Foundationem manebit in statu Archi- & Episcopatus, eoque nomine prout ab antiquo appellabitur, suspenso jure ac Jurisdictione Archi- & Episcopatus, constitutis duntaxat Administratoribus, qui eos gubernent, qui iidem Administratores, respectu eorundem Archi- & Episcopatum Jurisdictionem Cæsaris & Imperii agnoscent, ac coram Cæsarea Majestate Ejusdemque Camera Imperiali (ad cujus sustentationem quoque contribuent) juxta Constitutiones Imperii active & passive Forum fortientur præstabuntque Sux Majestati fidelitatem, & consueta servitia ab hisce Archi- & Episcopatibus præstari solita, aliaque onera & Collectas juxta Matriculam Imperii, quoties eæ publicis Imperii Comitibus fuerint indictæ.

1646.  
Majus.

XX. Capitula Cathedralium & aliarum Ecclesiarum nec non Monasteria, item Status Patriæ, Clerus, Nobilitas, Civitates, relinquuntur in suo statu & possessione vel quasi suorum Privilegiorum, immunitatum, bonorum, Jurium, reddituum, ac receptarum consuetudinum, nec minus Sedes Apostolica juxta Concordata Germaniæ in possessione vel quasi suorum Mensium, quam Imperator Primarum Precum, Monasteria quoque Catholica (de quibus designatio exhibebitur) prout & singuli Legati, Canonici, Religiosi & Subditi Religionem Catholicam profitentes, non minus protegentur quam alii, nec Religionis causa gravabuntur.

XXI. Civitas Bremensis cum suo districtu sive Territorio, atque eo pertinentibus Præfecturis ac Hograviatibus una cum subditis, ab hac Concessione omnino erit exempta, manebitque tempore hujus possessionis Sueciæ, in possessione vel quasi Immedietatis Civitatis Imperialis, & exercitio Sessionis & Voti in Imperio, sine ulla impetitione aut impedimento, collectabiturque cum dictis suis subditis duntaxat immediate ab Imperio, neque in illo suo Statu ullatenus turbabitur.

XXII. Stipulatum item ac conventum fuit, quod Illustrissimo Principi FRIDERICO Duci Holsatiæ (*locus*) pro residentia relinquere debeat, atque ad dies vitæ pro meliore Sux Celsitudinis sustentatione, ex Archi-Episcopatus redditibus annuatim solvi (*summa*) pro qua summa hypothecæ loco oppignorata erunt (*bona*.)

XXIII. Sic cum pro parte Illustrissimi Principis CHRISTIANI WILHELMII Marchionis Brandenburgensis fuerit relatum, quod Sux Celsitudini de summa in Pragensi Pace stipulata & promissa, nihil hætenus solutum sit, conventum est, ut illa promissa summa, nempe quotannis duodecim millium Thalerorum Imperialium a tempore, quo promissa fuit, ex redditibus & proventibus Archi-Episcopatus Magdeburgensis omnino integre, atque per particulares mensuras solutiones, ita præstari debeat, ut mille Thaleri singulis mensibus absque ullo defectu, a dato hujus Pacificationis solvantur, & ejusmodi solutiones mensuræ tamdiu etiam in hæredes Sux Celsitudinis continuentur, donec cessarum & restantium pecuniarum debitum integre fuerit expunctum: & quo Sua Celsitudo de solutione tanto certior constituatur, hypothecæ erunt (*bona*) in defectum solutionis ipsi realiter assignanda.

XXIV. Porro Regiæ Sueciæ Ejusdemque Hæredibus ac Successoribus, ad hanc Concessionem qualificatis, ratione Principatum ac Ditionum in Imperio acquisitarum, non nisi unum Votum in publicis Imperii Comitibus ac Diætiis competet, non obstante, quod Principatus isti in diver-



1646. diversis Circulis sint fiti: quoad Conventus vero Circulares observabitur, 1646.  
Majus. quod hactenus usu fuit receptum. Majus.

XXV. Pro majore hujus Pacis stabilimento, renunciat Serenissima Regina Sueciæ omnibus Fœderibus contra Sacram Cæsaream Majestatem Ejusdemque Assistentes Electores, Principes, Status, ac Domum Austriacam, cum Rege Galliarum aut quocunque alio initis, & suos Confœderatos & Adhærentes, cujuscunque dignitatis, status ac ordinis sint, sive cum Ipsa sola sive cum Ipsa & Ipsius Confœderatis conjunctim Fœdus inierint, sua obligatione liberat, & liberatos esse declarat.

XXIX. Quo vero Serenissimo Electori Brandenburgico, Ejusdemque Electorali Domui, erga dicti Ducatus concessionem æqualis præstetur compensatio, declarat se Sua Majestas Cæsarea & contenta est, quod Eidem sub iisdem supra ad Archi- & Episcopatus Bremensem & Verdensem expressis conditionibus, Episcopatus Halberstadenfis tamdiu in administrationem concedatur, quamdiu dicto Ducatu Pomeraniæ caritura est, eo vero divoluto ac aperto, devolvetur quoque dictus Episcopatus ad Suam Majestatem Cæsaream & Sacrum Romanum Imperium nulla in contrarium exceptione prævalente &c.

XXVII. Quod ad Satisfactionem Militum attinet, tenebitur unaquæque Pars suis satisfacere absque dispendio alterius, eosque ab Imperii finibus, prout sequitur, sine noxa & damno deducere &c.

XXVIII. Quod si post initam conclusam atque hinc inde confirmatam Pacem contigerit, ulli Partium seu Confœderatorum & Adhærentium ea, quæ in supra dictis Articulis promissa sunt, non servari, nec ea res inter spatium trium annorum a tempore contraventionis computandorum amicabiliter aut juris disceptatione componi & terminari possit (quæ quidem via, ne statim ad arma concurratur, sed Christiano sanguini parcatur, ante omnia tentari debet) teneantur tam una quam altera Pars atque utriusque Partis Fœderati & Adhærentes, junctis cum Parte læsa consiliis viribusque, arma sumere sine mora aut tergiversatione, ad repellendam injuriam, statim atque post dictum spatium conventum & amissam legitimæ cognitionis & amicabilis compositionis spem, ab injuriam passio fuerint admoniti.

XXIX. Ne tamen hinc Imperialis Regiæque potestatis & jurisdictionis, quæ vel Imperatori in Imperio suisque Regnis & terris hæreditariis vel Regniæ Sueciæ in suo Regno, qua Imperator Regina, Principesque liberi sunt, competere de Jure vel Consuetudine & Statutis Imperii, Regnorumque & Principatuum dignoscuntur & competunt, confusio aut imminutio inducatur, declaratum esto, hanc mutuam & reciprocam manutentionem, principaliter inter ipsas duntaxat Partes principales belligerantes locum habere. De cætero vero controversias & lites omnes, tam publicas quam privatas, in Imperio Romano, Regnis ac terris hæreditariis Imperatoris ac in Regno Sueciæ, juxta patrias Leges, Constitutiones, Sanctiones, Usus & Consuetudinem ventilari, deduci aut amicabiliter componi debere, absque eo, quod vel Imperator rebus sese Suecicis, vel Regina Sueciæ rebus se Imperii immiscere, cursumque justitiæ vel amicabilis compositionis quomolibet instituendæ, turbare vel impedire possit.

XXX. Omnes & singuli utriusque Partis Captivi, citra discrimen sagi vel togæ, intra mensem a dato, absque lytro libere dimituntur. Quod si quis autem ante conclusionem hujus Tractatus sub lytri sponsione dimissus fuerit, is, lytro nondum soluto, adhuc solvere teneatur, nisi Status aut Subditus Imperii sit: Qui indifferenter non soluto lytro; sive autem lytrum promissum



1646. missum fuerit sive non, omnes indistincte captivi custodiae sumtus solvere te-  
neantur.

Majus.

1646.

Majus.

XXXI. Loca ab utraque Parte occupata, cum tormentis bellicis eorumque annexis aliisque ibidem repertis mobilibus adhuc exstantibus, praesertim Archivis & literariis Documentis, suis quoque prioribus legitimis Dominis, intra terminum duorum mensium a publicatione Pacis, reddantur, reddita vero sive maritima & limitanea sive mediterranea fuerint, ab ulterioribus omnibus occasione hujus belli introductis Praesidiis utriusque Partis posthac perpetuo libera sunt.

XXXII. Partium utrinque belligerantium in Imperio copia & Exercitus statim postquam Pax haec publicata & confirmata fuerit, dimittantur & exauctorentur, traducto eo tantum numero, in suos proprios Status, quem quaeque Pars pro securitate sua necessarium judicaverit.

XXXIII. In hac Pacificatione comprehenduntur & includuntur utriusque Partis communi consensu & conventionione, a parte quidem Augustissimi Imperatoris & Sacri Romani Imperii omnes eorum Foederati & Assistentes Sacri Romani Imperii Electores, Principes, Status, Civitates, tam Mediatæ quam Immediatæ in specie Hanseaticæ, item Rex Hispaniarum Catholicus, Rex Angliæ, Rex Daniae, Poloniae, omnes Principes & Respublicæ Italiae, ex parte vero Reginae Sueciae . . . . .

XXXIV. Quo haec omnia majorem & inviolabilem accipiant firmitatem, conventum est, ut hoc Instrumentum Pacis non tantum ab Imperatore & Regina Sueciae, sed etiam a Sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus ac Statibus, nec non Regni Sueciae Ordinibus intra spatium . . . . . confirmari, & ejusdem Confirmationis & Ratificationis Documenta hic Osnabrugi commutari debeant.

XXXV. Hi igitur omnes & singuli hucusque descripti Pacificationis Articuli, prout singulariter singuli sonant, per supra nominatos Plenipotentarios tractati, concordati, & stipulata manu, nomine, jussu & potestate Eorum, quorum in ingressu Instrumenti mentio fit, promissi & transacti sunt. Qui Deputati & Plenipotentarii virtute suarum Plenipotentiarum promiserunt & promittunt sub obligatione omnium & singulorum honorum praesentium & futurorum ad ipsorum Dominos spectantium, quod dicti Domini, Imperator & Regina Sueciae, omnes & singulos Articulos supra positos observabunt, observari curabunt & adimplebunt, ac Diplomata confirmatoria invicem expediri mandabunt, in quibus totum hoc Pacis Instrumentum de verbo ad verbum insertum sit, quæ Diplomata & Instrumenta a dato hujus Instrumenti computando per dictos Plenipotentarios hic Osnabrugi exhiberi, atque inter se mutuo commutari debebunt. Omnia sincere, bona fide, absque dolo & fraude. In quorum omnium fidem dicti Plenipotentarii hunc Pacis Tractatum propriis manibus nomina sua propria apponendo subscripserunt, sigillisque suis muniri jusserunt. Actum Osnabrugi Westphaliae. . . . . Salvo jure addendi, minuendi, corrigendi & quod supra posita non erunt obligatoria, nisi cum conclusione Pacis &c.

## §. XL.

Die Kayserl. halten diese Schrifte vor den Ständen sehr geheim.

Diese Schriften aber wollten die Kayserliche Gesandten gar nicht zu der Stände Wissenschaft gelangen lassen, und mussten ihnen die Schweden theur zusagen, solche denselben nicht zu communiciren, wozu  
Dritter Theil.

sie diese Ursach vorwendeten, daß solches nur ein Anfang zur Handlung wäre, um zu sehen, wie weit man etwa kommen möchte: Daher die Communicationes aller Minutiarum, Weitläufigkeit zu  
K ver-